

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---


**Programma, a Decano Reliquisque Philosophicae Facultatis in Academia  
Rostochiensi Professoribus, In Funere ... Dn. M. Philippi Jacobi Fabricii,  
Eloquentiae Professoris eximii, Collegae desideratissimi, Propositorum, Quo  
omnes Academiae cives ad exequias sua praesentia cohonestandas invitantur**

Rostochi[i]: Pedanus, 1630

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746962533>

Druck    Freier  Zugang





Kl. 241. (2.) <SON>



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn746962533/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746962533/phys_0003)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn746962533/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746962533/phys_0004)

DFG


28  
189

PROGRAMMA,  
à  
**DECANO**  
Reliquisque Philosophicæ Fa-  
cultatis in Academiâ Rostochiensî  
Professoribus,

IN FUNERE  
CL. & Præstantissimi VIRI,  
DN. M. PHILIPPI JACOBI  
FABRICII,  
Eloquentiæ Professoris eximij, Colle-  
gæ desideratissimi,

*Propositorum,*

Quo omnes Academiar cives ad exe-  
quias suâ præsentia cohonestandas in-  
vitantur.



ROSTOCHI

Typis Joachimi PEDANI Acad. Typ.

ANNO M. DC. XXX.

# DECANUS

## Reliquiꝝ Facultatis Philosophicꝝ Professores in Academia Rostochiensi.



Uanta humana Vita brevitas, quanta velocitas, quanta fugacitas, non uno in loco S. docent ac inculcant paginae. Prophetæ Regius David i. Chron. 29. 15. Velut umbra, inquit, sunt dies nostri super terram, quæ non consistit: immo, us umbra inclinata, teste Psal. 102. v. 12. Quid verò Deum immortalem, debilius umbrā? quid magis memore tanum? quid fugacius umbrā inclinatā? Corpus, lumini oppositum, umbram de se spargit ac projicit: alterutrum si removeas, umbra evanescit ac aboletur. Umbra est maxima & inclinatissima, cum sol ad occasum properat. Non secus, inquit ille, est Vita hominis, fugax nimis, vana, ac cum vicinior infortunijs & morti, cum felix magisq; beata vulgo existimatur. Vir Dei Moses Ps. 90. annos nostros similes dicit somno, similes flori vel gramine, similes sermoni. Ecquid vero somno levius? Ecquid magis evanidum quam herba? Ecquid fugacius quam sermo? Spiritibus detentis à vaporibus, è ventericulo in capite ascendentibus, ac radices nervorum, per quos spiritus animales ad externorum sensuum domicilia effundendi erant, opplicantibus, somnus obrepit. Iis verò, vi caloris naturalis, consumptis, protinus somnus fugit, reditq; vigilia. Gramen seu flos agri hodie extat, viget ac floret, mox vento ipsum pervadente, exarescit, nec amplius reperitur. Desermonem non incommode, quod

Sens-

190

Seneca de tempore presenti, seu r<sup>is</sup> vuō dices? In cursu est:  
 fluit & præcipitatur: anēc definit esse, quām cōpit. Jacobus in  
 sua, ad duodecim tribus dispersas, Epistola, Vitam vaporem vo-  
 cat, & quidem ad exiguum tempus perdurantem, & deinde di-  
 sparentem. Ecquis verò Apelles, melius humana vita rapidi-  
 tatem in tabula expingere poruisset? Recte ergò Philosophus  
 quidam interrogatus, qualis esset hominis vita? cum parum-  
 per se ostendisset, mox abscondit. His verò & similibus fugaci-  
 tam humana vita graphicè depingentibus, Spiritus S. ceu  
 fulmine nos perterrefacere, ijsdemq; horrendam illam securi-  
 tam, quæ, eheu! nimis altas in hominum mentibus egit ra-  
 dices, excutere, & ad considerationem mortis excitare voluit.  
 Quotusquiq; enim est, qui hac perpendit? Quis non, cum ne  
 horam posse, annos tamen sibi pollicetur multos? Pueri, ado-  
 lescentes, juvenes, Viri, omnes de senectute sunt solliciti, nec an-  
 te seniles annos mortem metuendam putant. Imò, senes ipsi  
 mortem, mortisq; metum, longissimè à se reiiciunt, ut paucos re-  
 perias Messodano similes. Hic enim jam senex, cum ab ami-  
 co in crastinum vocaretur convivium, cur me vocas, inquit, in  
 crastinum, qui à multis annis crastinum non habui, sed mortis  
 adventum in singulos dies expectavi: quæ nobis nunquam non  
 insidiatur, donec nos incautos etiam interdum opprimat. Pau-  
 cis multa. Vivimus, quasi semper visturi. Nec divina tantum  
 literæ, sed & quotidiana experientia de humana vita fugacita-  
 te testatur. Nullus enim labitur annus, nullus praterit mensis,  
 imò dies penè abit nullus, qui non fragilitatis nos nostre admo-  
 neat. Quid dies hodiernus, nonne annorum nostrorum velocita-  
 tem exemplo nos docet evidentissimo? Funus hodie, turbato  
 mortalitatis ordine, parat Vir Excellentissimus, Clar. & Ex-  
 perientiss. Dns: J A C O B U S F A B R I C I U S, Philo-  
 sophie & Medicina Doctor, earundemq; Professor celebrissi-  
 mus, Collega ac fautor honorandus, filio suo summè dilecto, Dn.

A.2

M. PHI-

M. PHILIPPO- JACOBO FABRICIO,  
Eloquentie Professori in hac Academia eximio, Collegae  
itidem, dum viveret, dilectissimo, nunc desideratissimo, qui in  
ipso etatis sue flore, flos ipse amoenissimus, occubuit. Flos in-  
quam, erat. p. d. hujus nostri Roseti nobilissimus ac amoenissi-  
mus, jamq; fragrantissimum de se spargere cæperat odorem, sed,  
Eheu! flore citius, dicto celerius, vapore oxyus, emarcuit, tran-  
sijt, disparuit. Natus enim in hanc lueem i. Maji, ipso die  
Philippi-Jacobi Anno 1607, rursumq; 30. Augusti hujus anni  
1630 denatus, præcise tertiam dunraxat partem ejus etatis at-  
tingit, quam Vir Dei Moses in Psalmo supra dicto 90. homini-  
bus Vitæ terminum statuit vulgarissimum. Parentes ejus, præ-  
dictus Vir Excellentissimus, D. IACOBUS FABRI-  
CIUS, & fæmina lectissima, insigni pietate, singulari probi-  
tate, omniumq; matronalium virtutum splendore conspicua.  
MARGARETA MYLIA (qua CRONIO-  
RUM ac DOBBINIORUM familiam agnatione  
& cognatione quam proxime attigit.) cuius ante annos septem  
piè defunctæ memoria etiam eis in benedictione, officijs sui probè  
memores, hunc suum filium, in quo, in prima statim pueritia  
elegantis ingenij indicia sese exserebant, vera pietate, artibus  
& literis, quibus ad paternam virtutem imitandam, famam quo-  
equandam, excitari posset, quarumq; usus in totâ vitâ deinceps  
non exiguis esset futurus, sedulò imbuendum curarunt, præstan-  
tissimisq; informandum præceptoribus commiserunt. Nec de-  
fuit huic ipsorum curæ, optimi q; adolescentis conatibus ac labo-  
ribus successus. Nam cum etatis annum ageret duodecimum,  
eos jam fecerat in Linguis, Latina & Græca, progressus, ut  
Latinos & Græcos Versus, Latinas & Græcas Orationes scri-  
beret, qua Philologo celeberrimo JANO GEBHARDO,  
tum temporis apud nos viventi, adeo placebant, ut subinde il-  
lum, supra etatem didicisse asseveraret, eumq; non ita pridem,  
cum:

198

cum Groningam pereransiret, omnibus amicitia & benignitate  
eis officijs gratioſiſime exciperet. Factis hisce Linguarum fun-  
damentis, Philosophie studiis se tradidit, inq ijs ita profecit,  
ut Anno 1624. etatis 17. consilio Dn. Parentis, honores in  
Philosophia Summos peterer, & facile impetraret, ac titulo  
Magisterij ab Exper. & Clar. Viro Dn. JOACHIMO  
STOCMANNO Phil. & Med. D. Physices Profes-  
sore celeberrimo, Collega nostro dilectissimo, in hoc patro Lyceo  
insigniretur. Honores hofce consecutas cum esset, studio Theo-  
logico, ad quod, cum naturae quodam ad illud instinctu ferretur,  
jam ante animum appulerat, liberius vacare cœpit, & quidem  
ita, ut Theses de ANGELIS. à semetipso conscriptas, A.  
1624. sub Reverendi Clar. & Excell. Dn. JOHANNIS  
TARNOVII SS. Theol. D. & quondam Professoris in hac  
Academia celeberrimi, nunc desideratissimi, praesidio masculine  
summaq cum laude, universa Academia imberbis adolescentis  
solertiam admirante, defenderet. Cumq ille nostrum hunc p. d.  
amareret ut filium, probeq sciret, quantopere Linguarum Orien-  
talium cognitio futuro Theologo esset necessaria, autor ei fuit,  
ut Linguarum illarum studium, in quo etiam tum temporis  
optimis in hac Academia adjutus præceptoribus, non exiguae  
spacia fecerat, serio magnoq animi conatu excolere pergeret.  
Istarum itaq linguarum amore, consilio præceptoris, ac consensu  
Dn. Parentis, in Daniam cum Clariss. & Eruditiss. Viro, Dn.  
Martino Trostio, Linguarum illarum scientissimo, tum  
Professore Regio in Academia Soranâ, ductum illius secutus  
se contulit. Inde, Witebergam avocatum suum præceptorem  
comitatus, Lipsiam profectus est. Ubi Dn. Polycarpi Lyseri  
& Dn. Henrici Hopfeneri, primiorum Theologorum, a-  
micitia cum familiarius uteretur, & Orientalium Linguarum  
& quæ jam tum posidebat dona, suis auditoribus, in magna fre-  
quentia liberalius communicaret, tum illorum, tum exterorum

A3

Pro.

Professorum animos suis meritis & famâ ita sibi devinxit, ut  
illi occasio Professionis publicâ istarum linguarum & cum Lip-  
sia facile aperiri, imò non ita pridem Helmstadium, si voluisset,  
vocari potuisset. Sed amor patris & agnatorum, ipsiusq; patriæ  
Academie, cui ante triennium ferè destinatus erat, detinuit.  
Ceterum, in itineris sui curriculo, superioris & inferioris Ger-  
maniae plerasq; Academias invisit, & cum alloquio ac salute sua  
non tantum celeberrimos quosq;, præsertim Exoticarum Lin-  
guarum in Academis Professores, sed & privatis inscholis  
Rabbinos, quibus admirationi fuit, quiq; Hebræam Linguam  
huic nostro p. d. vernaculam non esse persuaderi vix poterant,  
impertiret; tanta prudentia suam rem gessit, ut secretioris  
Eruditionis Thesauros, una cum plurimis Thalmudicis &  
Rabbinicis libris, domum retulerit, non exiguo quosdam auro  
emptos, quolibet auro contra astimandos. Ex hac peregrinatio-  
ne cum ad nos exacto quadriennio redijset, 18. Junij anni cur-  
rentis commissam sibi provinciam Professoriam suscepit, Ora-  
tione tam cœsa & elegante, in magna professorum studiosorum  
que frequencia, habita, ut vel illa solum evidenter omnibus pro-  
baret, dignissimum Viro Clarissimo, apud Suecos p.d. Dn. Io-  
hanni Simonio, successorem esse inventum. Sed proh dolor!  
vix labores officij exorsus erat, cum, ut non satis firmæ constitu-  
tionis corporis erat, in febrim ardente incidit. A qua licet die  
septimo largissimo sudore liberatus videtur, præter spem ta-  
men astantium, inopina inquietudine & capitâ gravissimo  
affectu correptus fuit: Cujus vehementiâ, vires, jam ante ar-  
dens febris incursu, debilitate, adeò prosternebantur, ut  
quamvis Clariß. nunc mæstissimus Dn. Parens, alijq; Experi-  
entissimi Medici, ad summam diligentiam, ac curam accura-  
tissimam, nihil reliqui facerent, vix tamen præter opinionem in-  
gruensis affectus, naturam & artem vinceret. Ipse verò ager,  
quaerat pietate, cum se se non eluctaturum animadverceret, pio

ac tranquillo animo ad beatam ex hac lacrymarum valle migrationem se compositus, & ad insignem Philosophum ac Medicum D.Ioachimum Stocmannum se convertens dixit, præterijt dies criticus; o felix crisis, quæ me dicit in vitâ æternam. Ecce portam cœli apertam, & Christum in eâ stan tem video, qui me vocat, & manu extensâ ad se trahit.   
Ac cum aliquid medicaminis confortati vi illi porrigeretur, accipere recusavit, dicens: nihil amplius auxilij superest ex terrestri medicinâ: Christus mihi est medicina, ejus solius ope liberabor ex hisce miserijs, & in æternum servabor, Simuleriam Christum, animæ nostræ summū Medicum, e-  
jusq; unicum Redemptorem, Servatorem & Pastorem, ut pia ovicula invocavit, fusis ex animo precibus, & ab eodem petijs,  
ut suam sibi animam ipsius preciosissimam sanguine redemptam, com-  
mendatam habere. Quod & impetravit, & sine mortis gusto  
30. Augusti ad medium hora primæ pomeridianæ, subinde prius & sapienter Jesu ingeminato nomine & auxilio, annis etatis sue completis viginti tribus & quatuor mensibus (o tempus breve!) placidissime expiravit, exq; hac in caelestem transmigravit Academiam, parenti, imò toti Academie tristissimum sui relin quens desiderium. Sed cum ita illi, à cuius manu sunt omnia, placuerit, in paterna ejus voluntate omnes acquiescere decet. Tu ergo mæstissime parens, Collega omni observantia colende, qua es prudentia, patienter & Christianè hoc divinitus inflictum vulnus feres, ac ab amicâ manu, à patre summe Philosopho profectu cogitabis. Et quamvis me monitore non indigetas, non ramen possum quin te moneam, illud Autoris libri sapientie tibi dicendum ut putes, subindeque expendas. Justus si maturâ morte obierit, in quiete futurus es. Non enim quæ longeva es senectus honorata es, neq; numero annorum multorum mensurata; sed prudentia hominibus est canities, & vita immaculata est senilis etas. Qui placens Deo diligebarur, quum vive-

est inter peccatores, fuit translatus; Ereptus est, nō malitia mu-  
zaret intellectum ipsius. Nam fascinatio improbitatis obscurat  
que bona sunt, & circumagitatio concupiscentiae transvertit  
mentem carentem malitiā, sanctificatus, brevi implevit tempora  
longa. Grata enim Domino erat anima ipsius, propterea fe-  
stinavit eum tollere ex improbitatis medio. Cogitabis illud Au-  
gustini: Quid est diu vivere, nisi diu torqueri? Quid est, quæso  
aliud diu vivere? nisi dies malos malis diebus addere? Subicies  
tibi illud Hieronymi: Inter eum, qui dece vixit annis, & illum,  
qui mille, postquam idem vitæ finis advenit, & irrecusabilis  
necessitas, transactum omne tantundem est, nisi quod magis se-  
nex onustus peccatorum fasce proficiuntur. Cum vero hujus p.d.  
corporis exuvie hodie terre, omnium matri, sint reddendæ, o-  
mnium ordinum Academiae cives amicè invitamus ac rogamus,  
ut in templo Mariano ad horam medianam primam convenient,  
& optimi Viri Juvenis, Collegæ nostri, dum vivet, carissimi,  
nunc desideratiissimi, funus sua præsentia comitari non graven-  
tur. Ita enim cum flentibus se flere, & lugentibus lugere refa-  
buntur, qaq̄ facient, quæ à Collegis, amicis, ac vere non fucatae  
sapientia cultoribus fieri debent, quæq̄ parentis p. d. merita in  
hanc Academiam præclara & magna postulant flagitantq;. In-  
ter eundum vero, imò toto vitæ tempore, illud Siracidis aures i-  
psorum personer: Memento Juris tui, hoc quoq; Jus tuum esse:  
mihi heri, & tibi hodie. Nihil enim, teste Augustino, sic à pec-  
cato revocat, quam frequens mortis meditatio. Deo etiam ter  
Opt. Max. & semetipso, & utramq; Remp. literariam & ci-  
vilem, tristissimis hisce temporibus precibus commendabunt ar-  
dentissimis. P. P. sub sigillo Facultatis Philosophicae 3. sept.

A. 1630




253



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn746962533/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746962533/phys_0013)

DFG





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn746962533/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746962533/phys_0015)

DFG



temporis D E O mirabiliter dirigeret  
Etiam, Patriam suam Helyetiam, Prae-  
linquens in Romanum imperium  
sincerum verbum DEI pro germina-  
vir juvenis, Linguarum, Historiarum  
os, (cujus amore cum primis flagraba-  
incubuit, ita ut Imperator Caiolu-  
Poetica, in quibus inter alia egregi-  
niae descriptis, non sine singulari an-  
stante Cæsaris documento) legit, ac  
reâ, quæ tum magna erat dignitas, e  
occasione stemma Nobile Fidlerianum  
Album Nobilium Romani Imperii  
& ultra, pro placito Cæsareo coopta-  
tem utriusq; sexus derivandum, p  
renovavit. Huncq; meum præno-  
licem Fidlerum ob singularem eruditio-  
ingenij & animi Heroici dotes, pro-  
buit. Hac Nobilitate quamvis no-  
gratiâ Domini mei Jesu Christi, in  
menter mihi immerito concessâ:  
pudet, sed magis me nobilitare ci-  
S. S. Ministerium, ad quod Domini  
ministrum suum destinavit. Hæc  
summa dignitas, omnes humanas di-  
titulos superans.

Natus autem sum Ego CONS  
LERUS, Dantisci Anno 1579. 6. I  
tina Patre VALERIO FIDLERO  
re, quondam Ducis Prussiæ Archi-  
Alberti Friderici Consiliario, M  
gard præclaræ Familiæ, & insignium

A 2



mē dete-  
jos dere-  
am, ubi  
enit, ceu  
& Poëse-  
ligenter  
opera.  
Germa-  
tate (te-  
ltrò lau-  
rit, & hac  
cum, ad  
centum  
osterita-  
Cæsareo  
vum Fe-  
ræclaros  
ario ha-  
sed solâ  
erio cle-  
jesus non  
ogiam &  
avit, &  
as: hæc  
onorum

IS FID-  
tâ matu-  
e Docto-  
ij Ducis,  
d Herm-  
atronâ,  
qua